

SILVESTER KOPRIVA  
Ljubljana

UDK 886.3—1=03.71

ZDAJ TE NI, LJUBICA — NUNC ABES, AMATA

(Josip Murn)

Dianthos in agris satos gerebam,  
Tam rubros velut est cruor rubescens,  
Germinabat amor meus diebus  
Aestivis valide vicens et ardens.

Nunc non, sol radians, ades, serene!  
Non silenter ager quiescit almus  
Ac sunt arva resecta falce nuda.  
Iam nubes fugiunt procul volucres...

Nunc abes peramata mi puella!  
Ergo ubi inveniam iam in orbe pacem?  
Non ades fugioque nunc quietem  
Vitaturque otium mihi misello.

Ac foras fugio remota in arva,  
Usque longius et procul recedens,  
Illic audio me latenter ipsum,  
Memet et sine fine tristitatem.